



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXXXV. De Talentis. Matth. 25.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

612 DOCTRINA ET MIRACULA

Idem.

ille respondens ait, Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Greg. " O si sapere in cordis palato possit quid admirationis habet quod dicitur, Venit sponsus? quid dulcedinis, intraverunt cum eo ad nuptias? quid amaritudinis, & clausa est ianua? sed ibi à Deo non potest mereri quod petit, qui hic noluit audire quod iussit. Preces offerunt, sed nesciuntur; quia tunc velut incognitos Dominus deserit, quos modò tuos per vitæ meritum non agnoscit.)

LXXXV.

De Talentis. Matth. 25.

Pro Confes-  
sore Pontif.)

1. Sicut enim homo peregrè proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. & uni dedit quinque talēta, alij autem duo, alij verò unum, unicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abijt autē qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque: similiter qui duo acceperat, lucratus est alia duo: qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit

scodit <sup>6</sup> pecuniam Domini sui. Basilus,  
 "Existimo parabolam hanc prolaram  
 esse ad significanda quælibet Dei dona,  
 siquidem nemo est expers benignitatis  
 Dei.)" Duplicant autem qui proficiunt  
 ad salutem discipulorum, facientes eos  
 rursus præceptores aliorum.)

Basil. reg.  
 br. int. 253.

Euthym.

2. Post <sup>1</sup> multum verò temporis venit  
 Dominus seruatorum illorum. & posuit ra-  
 tionem cum eis; & accedens qui quinque  
 talenta acceperat obtulit alia quinque ta-  
 lenta dicens Domine quinque talenta tra-  
 didisti mihi, ecce alia quinque superlucra-  
 tus sum. Ait illi Dominus eius, Euge serue  
<sup>3</sup> bone & fidelis, quia super <sup>4</sup> pauca fuisti  
 fidelis super <sup>5</sup> multa te constituam, <sup>6</sup> intra  
 in gaudium Domini tui. Accessit autem &  
 qui duo talenta acceperat, &c. Euthym.

Euthym.

Quamquam diuersæ fuerunt gratiæ,  
 æqualis tamen est honor quia & æqua-  
 le in eis studium: vel etiam dici potest  
 quod æqualiter quidam laudantur, &  
 æqualiter introducuntur, sed diuersi-  
 modè remunerantur iuxta proportionē  
 uictorum.) "Notandum verò quod om-  
 nia quæ in præsentem habemus licet ma-  
 gna videantur & plurima, comparatio-

Hieron.

## 614 DOCTRINA ET MIRACULA

Aug. tr. 25.  
in Io.

ne futurorum parua & pauca sunt) & Augustinus, " Quale est intus illud unde non exitur foras? Magnum penetrabile, & dulce secretum! O secretum sine radio; sine amaritudine malarum cogitationum; sine interpellatione tentationum & dolorum!)

3. <sup>1</sup> *Accedens autem & qui unum acceperat, ait, Domine, <sup>2</sup> scio quia homo <sup>3</sup> austerus es, metis ubi <sup>4</sup> non seminasti, & congregas ubi non sparsisti, & <sup>5</sup> timens abij, & abscondi talentum tuum in terra: Ecce habes <sup>6</sup> quod tuum est. Respondens autem Dominus eius dixit ei, Serue male, & <sup>7</sup> piger, sciebas, & c. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet <sup>8</sup> decem talenta, & c.*

Euthym.

Euthym. " Non quasi ille vera dixerit, hæc ait Dominus; nihil enim rectè fit sine ipso, sed supposito sermone procedit.) " Pensate ergo, fratres Charissimi, quia de accepta hac verbi pecunia usuras soluetis: & curate ut ex eo quod audistis, etiam alia studeatis intelligere quæ non auditis; quatenus alia ex aliis colligentes, etiam illa discatis ex vobismetipsis agere quæ necdum ex prædicatoris ore didicistis.)

Greg. ho.  
9. in Eu.